



<sup>21</sup>  
B2281

Honori Supremo

# MATRONAE

Generis Nobilitate, Vitae iutegritate, Virtutumque  
qvae Sexum seqviorem ornant, splendore  
praestantissimae

# DOMINAE

# ANNAE ZELI- ENKIAE,

natalibus ~~ANNAE ZELI-ENKIAE~~

# VIRI

Plurimum Reverendi, Clarissimi et Amplissimi

# DN. JOHANNIS ZELENKA,

Ecclesiae Augustanae Confessionis, qvae Vetusfolii  
Christo colligitur Sacerdotis, fide orthodoxa,  
industria, et meritis conspicui

# CONJUGI DESIDERATISSIMAE

XXIII. Decembbris Anno aerae Christianae c1c5 v.  
placide in Domino defunctae:

ex  
Observantia atqve pietate, qvae Filium

erga

MATREM Charissimam

decer

Monumentum hoc erigebat

Natus Moeftissimus

SAMVEL ZELENKA, S.S. Theol. et Phil. Cultor.

QVIMBERGAE, PRELO HAKIANO.

*C. Dic. Johanni Bonio.*



Mnino mihi dicendi necessitatem , imponit pietas, et ratio ipsa has partes a me reqvirit , ut ultimo ac tristissimo officio hoc perfungar. Non possum tamen non ingenue confiteri , verba mihi vix suppetere , qvibus supremum qvem testari debo honorem,digne persolvam. Subvereor enim, ut magnum , acerbumqve dolorem animo conceptum, idoneis exprimere verbis possem. Qvis enim qvae-to Summum Parentum in liberos amorem,multaqve et in numerabilia merita unquam latis concelebravit? Qvis dignam illis gratiam retulit,aur beneficia eorum sermone exaeqvavit? Nullum tanta eloquentia fuisse praeditum , neqve tam divino atqve in credibili generi dicendi percelebrem floruisse , facile literarum probabunt monumenta. Qui maiorum in nos pro merita animo reputant, non modo ea non exornare oratione ; sed ne enumerare qvidem possunt. Omnia ergo me dicendi ornamenta destituunt , qvando dolore et luctu impedior , propter inopinatum Desideratissimae Matris e vita discessum qvi me non turbavit solum ; sed penitus deiecit, non lauciavit modo, sed per cusfit, adeo, ut vix par dolori videar. O inexorable fatum , qvod Matrem simul, et praesidiuum mihi eripuit. Qvis iam fortunae mutationes, et dubios rerum humanarum casus fatis mirari qvaeat ? Qvis non diversa prae sentibus , contraria expectatis , aut speret , aut timeat ? Qvis inter tot vicissitudinem ludibria Polycratis ad instar , placidam sibi polliceri ausit felicitarem. Afficiunt nos et perturbant saepe molestiae, et inter delicias semper aliquid saevi nos laedit. Qvam maluissem mortem obire , qvam servari in miseriam orbitatis! Qvam vo-

luissem annos mihi detractos Tuae Charissima Ma-  
ter adieciſte vitae! Patere Beata anima, patere, qvō  
te immortalem mortalis ego ſemel compellavero.  
Cur mihi natale ſolum deferenti non aperuifisti re-  
ctum ad immortalitatem iter? Cur meam anhelant-  
ti, Tuam ad qvam properabas non detexiſti metam.  
Certe in media luctus acerbitate, dulcissimum mihi  
tuturum fuſſet, Tuo asidere lectulo, ſuprema au-  
dire mandata, excipere ultima, qvae apud DEUM  
valent vota, Te moribundam amplecti, pias funde-  
re lacrymas, obſeqviumqve Sanctissimum testari.  
Fruſtratus tamen ſpe, ubi remedium qvaeram, qvod  
fareiat hoc damnum. AEqviori hanc ferrem tortem  
animo, ſi ad me unum pertineret is dolor, ſi que in-  
de orta calamitas non latius pateret, totusqve adeo  
hic luctus, in meo ſoliſ includeretur pectore. Ne-  
mo ex meis propingvis, nemo etiam cognitione me  
contingit, qvi non moerore fractum debilitatum  
qve le fateatur, ſed haec pluribus perſeqvi non licet  
nec luctus ſinit. Te interim Clarissime Parens lacry-  
mas inter ſuſpiria ducentem ſi ea mihi viſ eſt triftis  
moefiſusqve alloqvor! Tibi Charissima vitae ſocia,  
qvae curas temperabat, multo gravifimis ſolabatur  
occupationes, moleſtias levavit iniqviori fato ſub-  
ducta eſt ac alieno tempore non tam deferuit qvam  
praeſiuit. Tu domiciliū Tui decus, lumen levamen-  
tumqve curae amifisti. *Suſtulit DEUS, pio ut Ezechieli*  
*deſiderabile oculorum.* Intercidit praefidium, qvo  
tutissime ſemper nitebaris. Sane hoc genus conſo-  
lationis miſerum, ac acerbum eſſe qvod ſine lacrymis  
exequivi, imo ne aggredi me poſſe non diſſiſteor. Con-  
ſolationis qvippe indigens Tibi in Sacro ordine eme-  
rito, praefare meum officium, imbecillitas yetat. Re-

ligio tamen obseqvii me admonet, ut inopinatum  
hunc casum, qvibus possum mutuis lenire studeam  
argumentis, et dignum filio officium per solvam. Fa-  
cias ergo pro eo ac foles lugendi modum. Placuit  
DEO ut molestiarum, et dolorum, qvos hic perpet-  
fa est finis sit, corpusqve morbis exhaustum tranqville  
qviescat, aeternisqve gaudiis, familiaritate Beatorum,  
ineffabiliqve aspectu DEI perfruatur. Pervulgata  
est, vel maxime illa consolatio, qvam semper in ani-  
mo simul ac ore habere debemus: Homines nos ut  
esse meminerimus, ea lege natos ut omnibus telis  
fortunae proposita sit vita nostra, neqve esse recu-  
sandum, qvo minus ea qva nati sumus conditione  
vivamus, neqve graviter eos casus feramus, qvos nul-  
lo consilio vitare possimus. Evocat DEus suos, subtra-  
hitqve hominibus iuxta ac ex communi miseria tem-  
porum perditorum sapienter eripit. Non pessime  
cum iis actum esse censetur, qvibus sine dolore lici-  
tum est, mortem beata cum vita commutare, obitu-  
qve eorum calamitatem, non vitam terminari. O-  
mnia hic intereunt, nec diu possidentur, et si modi-  
ca etiam possessio contingit, amittendi metus sem-  
per ante oculos versatur. Nec non Tu collige vires  
Chara Consangvinitas, et cum animo cogita Thea-  
trum esse hanc vitam unde alii citius alii tardius exe-  
unt, et simul personam ponunt. Postremo tandem  
rationes meae postulant, ut votis precibusqve con-  
tendam, qvo qvi nutu suo potest, prostratam luctu  
Amicorum Coronam et recreet, et opportune refi-  
ciat, et auxilio muniat, optima denique semper con-  
ditione uti, eam velit, ac iubeat. Hoc desidero,  
hoc summa religione exposco, hoc spero  
fore atqve confido.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



isque Casaque,  
Poli.  
Corona,  
IS ipse suo.  
Ingens  
is honos.  
e replebit  
ora, gena.  
a Fama,  
alma suis.  
cohære fluentes,  
igra trahent.  
Imago  
emniana Sacra.



Izab. III. 4529  
137

Honori Supremo  
**MATRONAE**  
Generis Nobilitate, Vitae iunctilitate, Virtutumque  
qvae Sexum seqviorem ornant, splendore  
praestantissimae

**DOMINAE ANNAE ZELI-  
ENKIAE,**

natalibus **R A U P Y S S E R G A E**

**V I R I**

Plurimum Reverendi, Clarissimi et Amplissimi  
**DN. JOHANNIS  
ZELENKA,**

Ecclesiae Augustanae Confessionis, qvae Vetusolii  
Christo colligitur Sacerdotis, fide orthodoxa,  
industria, et meritis conspicui  
**CONJUGI DESIDERATISSIMAE**  
XXIII. Decembris Anno aerae Christianae c<sup>lo</sup> cccc<sup>v</sup>.  
placide in Domino defunctae:

ex  
Observantia atque pietate, qvae Filium

erga

**MATREM** Charissimam

decer

Monumentum hoc erigebat

Natus Moestissimus

**SAMVEL ZELENKA, S.S. Theol. et Phil. Cultor.**

VITEMBERGAE, PRELO HAKIANO.

C. D. Johanni Zelenka.